

PRO INSIGNI MONIMENTO
MAGNI
JOSEPHI PRIMI,
REGIS LUSITANORUM POTENTISSIMI
APPRIME EXCULTO.

EPIGRAMMA.

JOSEPHUS Primus Tanta sub Imagine vivat,
Sola hæc, venturis mens erit alta sui.
Hæc memorat sua facta quidem, sic monstrat amorem
Lyfiadum pariter, quos adamando regit.
Urbem hanc erexit, postquam e fundamine volvit
Telluris motus, flamma secuta simul.
Jesuadas constanter ovans populavit acerbos,
Legifer in populos, ars revocata fuit.
Tot, fabricas, arvi cultus, commercia, naves,
Construxit, Martis multiplicavit opus.
Instaurare dehinc Lusorum fecit Athenas,
Jam tenebræ fugiunt, lumen utrinque patet.
Horum instrumentum, Sapiens fuit Ille SEBASTUS,
Ingens POMBALIS MARCHIO, REGIS amans.
Pace Pius, bello Armipotens, veneratur in Orbe:
Primus ut Ille manet, nemo Secundus erit.

Joſé Feijó de Mello e Albuquerque.